



DE
SYMBOLIS
HEROICIS
LIBRI IX.
AVCTORE
SILVESTRO
PETRASANCTA
ROMANO
E SOC. IESV.

ANTVERPÆ, EX OFFICINA PLANTINIANA BALTHASARIS MORETI. M. DC. XXXIV.
CVM PRIVILEGIIS CÆSAREO ET REGIO.



ALEXANDER MEDICEVS rhinocerotem pro Symbolo habuit: qui paulò humilior elephanto, & tergo buxei coloris quasi thorace perpetuo munitus, cornuque ossæ prægrandi ante nares armatus, obuius hosti transfodere ventrem solet; nisi ab eo prius, circumiectæ ad collum proboscidis nexu, & quasi laqueo, stranguletur. Est verò exitus pugnæ, aut victoria, aut mors decora: quia numquam, superstitæ aduersario, de pugna redit; sed aut vincit, aut cadit. Ideò ALEXANDER MEDICEVS ei adscripsit Hispanicè: NON REDEO, NISI VICERIM. etiam ipse aciem ingrediens, aut profligaturus hostem, aut in prælio mansurus.

FERDI-